

## 480.

*Erzbischof Sigfrid III. von Mainz vergleicht sich mit dem Landgrafen Konrad dem Jüngeren wegen der sich gegenseitig im Kriege zugefügten Schüden, namentlich wegen der Zerstörung von Fritzlar und Witzenhausen.* [1232.]

5 *Gedr.: Gudén, Cod. diplomaticus 1,594 als Transsumpt in dem Vidimus des Minoritenkonvents zu Fritzlar d. d. 1247 März 25. Böhmér - Will XXXIII, 78.*

*Anm.: Der Streit wurde ausgekämpft im Jahre 1232, der Vertrag vom Papste genehmigt 1233 Febr. 4. Vergl. No. 483.*

In nomine sancte et individue trinitatis. Super destructione Frislarie et Wicenusen opidorum et aliis dampnis, que dominus Sifridus archiepiscopus Maguntinus et  
10 dominus Cvnradus iunior lantgravius hinc inde senserunt, cum guerram haberent adinvicem, talis compositio intervenit. Antiqua compositio, sicut ordinata est a domino Sifrido quondam archiepiscopo et domino Lvdewico pie memorie quondam lantgravio, modis omnibus in perpetuum inconvulsa servetur. Item opidum Wolfhagen concessit  
15 dominus archiepiscopus in feudo domino Cunrado lantgravio memorato et concedet heredibus suis legitimis, filiabus etiam, filiis non existentibus, post mortem sibi iure hereditario successuris. Et si idem Cunradus rogaverit in vita sua, ut concedatur fratri suo et filio fratris opidum memoratum, hoc ei nullatenus denegabit.

Nos gardianus et conventus fratrum minorum Frislariensium verba predicta in quodam privilegio predictorum domini archiepiscopi, Cunradi quondam lantgravii ac  
20 quondam magistri Cvnradi de Marbvrc predicatoris verbi sigillis signato de verbo ad verbum vidimus contineri. Alios quoque articulos, qui ad comprobationem iuris, quod archiepiscopus idem super eodem opido sibi et ecclesie Maguntine competere asserit, non conducunt, ipsum privilegium continebat, quos presentibus apponere supervacaneum arbitramur. In testimonium autem eorum, que vidimus, sigillum nostrum litteris presentibus  
25 duximus apponendum. Datum anno domini MCCXLVII, VIII. kal. aprilis.

## 481.

*Die Landgrafen Heinrich und Konrad schreiben dem Papst Gregor IX., daß sie das von ihrer verstorbenen Schwägerin Elisabeth gestiftete Franciscushospital (zu Marburg), welches dieselbe unberechtigter Weise dem Johanniterorden übergeben habe, mit Gütern ausgestattet, und bitten um*  
30 *Bestätigung und Förderung.* [1232.]

*Hülschr.: Kop. Pap. (A) (Saec. XVI) Staatsarchiv Marburg (Fach 2555). Darunter von anderer Hand: Auscultata et collationata est presens copia per me Goarum Dickhaut sacris apostolica et imperiali auctoritatibus notarium publicum cum originale, et concordat eidem ad verbum, quod attestor ego manu mea propria.*

35 *Gedr.: Wyß, Hess. Urkundenbuch I, 1,22. Retter, Hess. Nachrichten 2,43 nach Abschrift (B). Beurk. Nachr. 1,11 No. 12 nach Abschrift (C).*

Sanctissimo patri ac domino G[regorio]<sup>a)</sup> sacrosancte<sup>b)</sup> Romane ecclesie summo pontifici H[enricus] et C[unradus]<sup>c)</sup> Thuringie lantgravii cum obsequio devotam in omnibus